



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. Ab quam causam excommunicatio vel alia censura ferri possit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ne excommunicare non possunt, cum absque hac licentia nulla illis competat Ecclesiastici fori iurisdictio, & de Abbatissis etiam hoc probat *cap. dilecta 12. de major. & obed.*

Excommunicari autem possunt omnes, & soli homines viventes, baptizati, deli capaces, qui in Ecclesia superiorem habent: alij enim vel non sunt subditi iurisdictioni Ecclesie, vel contumaces contra Ecclesiam haberi non possunt, vel non habent, qui in eos possit coercionem exercere: quia imò, cum gravissima pena sit excommunicatio, non potest simul & collectivè integra aliqua communitas, aut universitas aliqua excommunicari, ne innocentes cum nocentibus eadem penam involvantur *cap. Romana 5. §. ult. h. t. in 6.* quamvis singuli, & omnes distributivè, qui sunt de communitate, si omnes rei sint, excommunicari possint: neque extranei, in diocesi aliqua delinquentes incurrant excommunicationem, si hæc generaliter lata sit, ab ordinario loci illius, in omnes hoc vel illud delictum admittentes, cum taliter sententia generaliter ab illo lata, vel statutum tale eos tantum afficiat, qui subditi sunt illius iurisdictioni, quales non sunt, qui in tali diocesi sunt peregrini *cap. à nobis 21. h. t.*

§. II.

Ob quam causam excommunicatio vel alia censura ferri possit?

Major excommunicatio, aut alia censura Ecclesiastica ferri tantum

potest, ob peccatum mortale (prosumitur etiam ex *Triden. Sess. 25. cap. 3. de reform.* & proportio inter culpam & penam talem gravem probat) inobedientie aut contumacie contra Ecclesiam (saltem generalis) & quidem quod in actum externum prodierit (quia Ecclesia non iudicat de internis, nisi inditectè, quatenus ille cum actu externo conjunctus est) neque in alio genere ob peccatum merè præteritum (cum in aliis gatur ad frangendam contumaciam, quæ nulla est, si peccatum merè est præteritum) & requirit actum, ut incurratur, in eo genere, sub quo prohibetur, peccatum, & consummatum, cum prohibitiones sub pena censurarum sint odiosæ, & consequenter sitæ interpretationis.

§. III.

An excommunicationem necessario precedere debeat monitio Censuræ, & quomodo alius ferri debeat excommunicatio?

Si ab homine, sive iudice propter peccatum præteritum, vel præteritum, in quo reus contumaciter persistit, vel iure ferendæ sententiæ excommunicatio infligitur, in si gi ea non debet nisi aliqua præcesserit admonitio *cap. sacro 41. h. t.* (ubi enim nulla præcessit monitio, non est contumacie locus) & quidem triplex, post duorum aut trium dierum intervallum inter unam & alteram, vel unica quidem, & peremptoria, quæ tribus tamen æquivalet, ob statutum dierum intervallum; & quamvis ad veritatem excommunicationis non præquantur